



Universitätsbibliothek Paderborn

Agenda, Sev Ritvale Osnabrvgense

Franz Wilhelm <Osnabrück, Bischof>

Coloniæ Agrippinæ

Benedictio domorum, in Sabbatho sancto Paschæ, ad libitum facienda.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41233

*Postremo, Sacerdos benedicit domum & habitantes
in ea, dicendo:*

Et benedictio Dei omnipotentis, Patris **+**,
& Filii **+**, & Spiritus **+** sancti, descendat
super hanc domum & omnes habitantes in
ea, & maneat semper. *Resp.* Amen.

Benedictio Domorum, in Sabbatho sancto
Paschæ, ad libitum facienda.

Pro Arochus, seu alius Sacerdos, superpelliceo & stolâ
albâ indutus, cum ministro, deferente vas aquæ,
ex benedictione Fontium ante perfusionem Chrismatis
acceptæ, visitat domos sua parochiæ, aspergens eas eâ-
dem aquâ benedictâ. Ingrediens domum, dicit: Pax
huic domui, & omnibus habitantibus in ea.

Deinde, aspergens loca præcipua domus, & eos qui
habitant in ea, dicit Antiphonam: Vidi aquam
egredientem de templo à latere dextro, al-
leluja: & omnes, ad quos pervenit aqua ista,
salvi facti sunt, alleluja, alleluja. *Psal.* Confi-
temini Domino, quoniam bonus: quoniam in
sæculum misericordia ejus. Gloria Patri, &
Filio, & Spiritui sancto. Sicut erat &c. & re-
petitur Antiphon. Vidi aquam &c. Deinde dicit
Vers. Ostende nobis, Domine, misericordiam
tuam, alleluja. *Resp.* Et salutare tuum da no-
bis, alleluja. *Vers.* Domine, exaudi oratio-

nem

nem meam. *Reſp.* Et clamor meus ad te ve-
niat. *Vers.* Dominus vobiscum. *Reſp.* Et cum
spiritu tuo. **Oremus.**

Exaudi nos, Domine sancte, Pater omni-
potens, æterne Deus; & sicut domos He-
braeorum, in exitu de Ægypto, agni sangu-
ine linitas (quod Pascha nostrum, in quo im-
molatus est Christus, figurabat,) ab Angelo
percutiente custodisti; ita mittere digneris
sanctum Angelum tuum de cælis, qui custo-
diat, foveat, protegat, visitet atque defendat
omnes, habitantes in hoc habitaculo. Per
eundem Christum Dominum nostrum. *Reſp.*
Amen.

Alia benedictio domorum, alio tempore
facienda, cum aspersione aquæ
benedictæ.

Pro Arochus, seu alii Sacerdotes, volentes aliquam
particularem domum, vel generaliter domos fide-
lium, alio tempore infra annum aspergere aquâ bene-
dictâ; ingredientes domum, dicant: Pax huic
domui, & omnibus habitantibus in ea. De-
inde, loca aspergendo, dicant *Antiphon.* Asper-
ges me, Domine, hyssopo, & mundabor; la-
vabis me, & super nivem dealbabor. *Pſal. 50.* Pag. 150.
Miserere mei Deus, secundum magnam

Z z mife-